



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

Parisiis, 1644

LIV. De eligendis episcopis, venalitate, vel ambitione submota.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14887

Hi qui publicis inter se odiis exardescunt, ab ecclesiasticis conuentibus remouendi, donec ad pacem recurrant.

L.

Si expositus ante ecclesiam cuiuscumque fuerit miseratione collectus, contestationis ponat epistolam. & si is qui collectus est, intra decem dies quæsusitus agnitusque non fuerit, securus habeat qui collegit. Sane qui post prædictum tempus calumniator exiterit, ut homicida, ecclesiastica districione damnabitur, sicut patrum sanxit auctoritas.

Dicitur.
Si expositus.

Conc. Va-
senf. Can.
io.

LII.

De puellis quæ se vouerunt Deo, & præclari decore nominis floruerunt, si post viginti & quinque annos ætatis ad terrenas nuptias sponte transferint, id custodiendum esse decreuimus, ut cum his, cum quibus se alligauerint, communione priuentur: ita ut eis postulantibus pœnitentia non negetur; cuius pœnitentiæ communio multo tempore differatur.

LIII.

Si quis famulorum cuiuslibet conditionis aut generis, quasi ad exacerbandam domini districtiō nem, se diabolico repletus furore percusserit, ipse tantum sanguinis sui reus erit, neque ad dominum sceleris alieni pertinebit inuidia.

LIV.

Placuit in ordinatione episcopi hunc ordinem custodiri, ut primo loco venalitate, vel ambitio-

440 LEO P. I. CONCILIVM VALENTIN. MARCIANVS IMP.

ne submota , tres ab episcopis nominentur , de
quibus clerici vel ciues erga vnum eligendi ha-
beant potestatem.

L V.

Si quis sacerdotalium amore religionis se ad quem-
cumque sacerdotum crediderit conferendum ,
ipse sibi eum , quem erudiendi gratia suscepit ,
vindicabit.

L VI.

Hoc etiam placuit custodiri , vt nihil contra
magnam Synodus metropolitani sibi aestiment
vindicandum.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI
SOCIETATIS IESV.

* *Concilium Arelatense.*] Incertis sedibus iactatum haec tenus fuit
hoc Concilium : quod alii nimis Constantini magni , alii Con-
stantii eius filii temporibus adscripterunt . Verum , ut alia nunc omit-
tam , ex Canone Vasensi qui in eo citatur , quemque illius Vasen-
sis Concilii , quod ante decem annos celebratum est , reuera fuisse
constat , liquido patet , Concilium hoc , ut nunc quidem se habet ,
post Vasense habitum necessario dici oportere : sed quo proflus an-
no , & quibus ab episcopis celebratum sit , non liquet . De numero
etiam Canonum magna est , vnde cumque ea orta sit , in antiquis
exemplaribus discrepantia , qua triplici discrimine continetur . Qui-
dam enim codices in vniuersitatem primos tantum xxv . Canones ha-
bent , ut Pithecanus vnuus , & alter in bibliotheca Vaticana . In aliis
Canones sunt xxxiii . ut in Corbeiensi , Lugdunensi , Fossatensi , &
Tiliano Engolismensi : iidem ipsi videlicet , qui in editione sunt vul-
gata , quae est Canonum xxxvi . quatuor demptis , quos prætermittunt ,
hoc est x . xi . xii . & xxvi . In Rhemeni vero codice , quem
hoc loco repræsentamus , Canones numerantur cum titulis suis lvi .
adiecit & insertis ex Synodo Arauficana plenisque , qui in aliis codi-
cibus desiderantur . Totum enim fere Concilium ex antecedentium
Conciliorum decretis conflatum est , præsertim ex Nicæna , Arela-
tentis primæ , Vasensis , & Arauficane Synodi Canonibus .

* *Præter annam , matrem , sororem .*] Codex Corbeiensis & Lugdu-
nenis Græca voce , preter thiam , sororem . Synodus Nicæna Can . lli .
præter nō dicitur , id est , amitam vel materteram .

* *Ad cellarii secretum .*] Lugdunensis , ad cellarum secretum . alii , cella-
rii , ut in Concilio Agathenii Can . xi . a cellario , vel a secreto ministerio .

in